*Fallere Apellæâ. Vir Hic omnes noverat arte,*
*Innocuis ullum moribus haud poterat.*

*Ad continuandam in posterorum memoria præstantissimi*
*Architecti, pictorisq; gloriam*
*Joh. Frid. Probst excud. Aug. Vind.* *ejusdem quondam cultor, et amicus F.F.* *Hofmann.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0001
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# PERSPECTIVÆ
## PICTORUM atque ARCHITECTORUM;
## I. PARS,

Quâ facillima ac expeditiſſima Methodus omne id quod ad Architecturam attinet, optica ratione delineandi exhibetur,

*Inventa, deſignata & primum edita Romæ a*

**Fr. ANDREA PUTEO, S. J.**

Nunc verò in gratiam & uſum non admodùm nummatorum Studioſorum hujus Artis imminuto modulo contracta, atque commodior hàc formà concinnata.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Impenſis JOANNIS FRIDER. PROBST, Hæred. JEREMIÆ WOLFFII, Techniopolæ.

Der

# Mahler und Baumeiſter
# Perſpectiv,

## Erſter Theil,

Worinnen gezeiget wird, wie man auf das allergeſchwindeſt- und leichteſte alles, was zur Architectur und Bau-Kunſt gehöret, ins Perſpectiv bringen ſolle,

*Inventiert*, gezeichnet und erſtlich heraus gegeben in Rom,

von dem vortrefflichen

**ANDREA POZZO, der Soc. JEſu Fratre.**

Anjetzo aber dem ohnvermögenden Kunſt-Liebhaber zu Nutz und Dienſt verkleinert, und in dieſen bequemen Format gebracht.

Verlegts Johann Friederich Probſt, Jeremiä Wolffs ſeel. Erb, Kunſthändler in Augsburg.

(1709)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0002
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

1100 K, 4115



21/150
+ C 6812

( Erste Ausgabe:

1693 )

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK HEIDELBERG

C
9/150
6339

1. 2

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0003
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0004
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0005
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# Monita ad Tyrones.

COncinnitatem ad Symmetriam opticæ delineationes Ædificiorum habere nequeunt, nisi utramque mutuentur ab Architectura. Proinde necesse est ut in istius graphide ac intelligentia Te aliquandiu exerceas, donec unius cujusque elevationis vestigium formare didiceris, ex eoque eruere sectionem totius longitudinis, ut in opere toto videre est, præsertim figuris 68. & 70. Siquidem ex vestigio & ex sectione derivatur in opticas imagines congrua rerum singularum profunditas.

Subjiciam his consilium summi momenti. Videlicet egregiè intelligas oportet figuram secundam, priusquam progrediaris ad tertiam, idemque de ceteris dictum velim; nam singulas eo dispositimus ordine, ut quæ procedit, necessaria sit ad percipiendas eas quæ sequuntur. Si aliqua sint in explicatione, quæ initio non intelligas, ipsum schema sæpius diligenter inspicies; ac vicissim si aliqua desinit in schematibus, ex declarationibus ea supplebis. Lapsus verò quos deprehenderis, facilè pro tua benignitate, mihi, ut spero, condonabis.

# Erinnerung an die Anfänger.

DJe perspectivische Risse der Gebäuden, davon hier gehandelt wird, können weder Schönheit noch Proportion haben, wann sie solche letztere nicht von der Bau-Kunst hernehmen und entlehnen. Dahero dann eine Nothwendigkeit seyn will, daß man sich eine Zeitlang in dem Zeichnen üben, und solcher Kunst dermassen mächtig werde, daß man aus einer jeden Aufziehung den Grund zu formieren, wie auch das Profil oder Durchschnitt aufzurichten wisse; allermassen dieses ganze Werk hiervon, und zwar weitläuffig in der 68. und 70sten Figur die Anweisung verfüget; gestalten vermittelst des Grunds und Durchschnitts einem jeglichen Theil der perspectivischen Rissen die behörige Tieffung gegeben wird.

Ich muß aber hier einen höchst-nutzlichen und wichtigen Rath beyrucken, so darinn bestehet, daß man nöthig habe, die zweyte Figur wohl zu verstehen, bevor man zu der dritten fortschreitet, und daß solches bey allen andern auch müsse in acht genommen werden: dann es ist eine jede Figur also der Ordnung nach gestellet, daß ohne die so zuerst vorkommet, die folgende nicht verstanden werden mögen. Ergibt sich etwas in der Auslegung, welches man Anfangs nicht so bald genug begreifen kan, so darf nur die Figur desto öfter mit Fleiß angesehen und betrachtet werden: und hergegen, falls einiges in den Figuren mangelhaft erscheinet, soll man seine Zuflucht zu den Auslegungen nehmen. Im übrigen aber hoffet man, es werde denen etwa sonsten vorkommenden Fehlern leichtlichen eine geneigte Vergebung angedeyen.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0006 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## Ad Lectorem Perſpectivæ ſtudioſum.

Ars Perſpectiva, oculùm, licet ſagaciſſimum inter ſenſus noſtros exteriores, mirabili cum voluptate decipit; eademque neceſſaria eſt iis, quibus in pingendo, tum ſingulis figuris poſitionem ac deformationem ſuam congruè tribuere, tum colores & umbras, magis vel minus intendere aut remittere, prout oportet, curæ eſt. Ad id autem ſenſim ſine ſenſu illi perveniunt, qui ſolo ſtudio Graphidis non contenti, ſingulis Architecturæ Ordinibus exactè deformandis aſſueverint.

Nihilominus, inter multos qui opus hujusmodi magno impetu aggreſſi hucusque fuerunt, paucos numeramus, qui animum ipſo ſtatim initio non deſponderint, ob Magiſtrorum librorumque penuriam, ordinatè ac perſpicuè docentium opticas projectiones, à principiis hujus artis, usque ad omnimodam perfectionis conſummationem. Quum autem ſentiam, longa multorum annorum exercitatione, me non minimam facilitatem in hac diſciplina mihi paraſſe: cenſeo Studioſorum voluntati me ſatisfacturum, eorumque profectui conſulturum, ſi methodos expeditiſſimas in lucem proferam, ad ſingulorum Architecturæ Ordinum opticas delineationes perficiendas, adhibitâ cummuni Regula, ex qua omnia linearum occultarum oſtendicula ſuſtulimus. Deinde, ſi tempus & vires ad aliud Opus prelo ſubjiciendum conceſſerit Divina Bonitas, projectiones quascunque non ſolùm inibi abſolvemus Regulâ, quâ in præſentia uti ſoleo, & quæ multò facilior & univerſalior eſt Regula cummuni & vulgata, quamvis hoc fundamentum alterius; ſed etiam unâ dabitur opera, ut ſicubi præſenti libro vel incuriâ omiſſum, vel non ſat diligenti manu delineatum, vel ampliori quoque explicatione deſtitutum in gratiam Studiorum ſequenti volumine oppidò reſarciatur & emendetur. Intereà, Lector ſtudioſe, conſtanti animo negotium tuum ſuſcipe; ac lineas omnes tuarum operationum, ad verum oculi punctum ducere, ad gloriam ſcilicet DEI O. M. tecum omninò decerne. Sic votis honeſtiſſimis, ut auguror tibi ac ſpondeo, feliciter potieris.

## An den Liebhaber der Perſpectiv-Kunſt.

Das Aug, ob es wohl unter unſern äußerlichen Sinnen das ſchlaueſte iſt, wird dannoch mit einer wunderbarlichen Beluſtigung von der Perſpectiv-Kunſt betrogen: dahero auch dieſelbe denjenigen wohl nöthig iſt, welche in dem Mahlen ſowol einer jeden Figur ihren gehörigen Stand und Verkürtzung zu geben, als nicht minder die Farben und Schatten gebührend zu erhöhen oder zu ringern ſich befleiſſen. Hierzu aber kan man nicht beſſer und gleichſam unvermerckter gelangen, als wann man ſich nicht allein auf das Zeichnen leget, ſondern auch alle Ordnungen der Bau-Kunſt auf das genaueſte perſpectiviſch aufzureiſſen ſich angewöhnet.

Nichts deſtoweniger finden ſich unter den groſſen Hauffen, die da bishero die Sache mit groſſem Eyfer angegriffen, ſehr wenig, welche nicht wegen Ermanglung beedes der Lehrmeiſter, und der Bücher, wordurch ihnen klar und ordentlich die perſpectiviſche Riſſe von dem Anfang bis zum Ende ſollten gewieſen und beygebracht werden, gleich Anfangs ſich wiederum davon abwendig machen laſſen. Nachdeme ich nun verſpüret, daß ich mittelſt vieljähriger Ubung in dieſer Kunſt einige Fertigkeit erworben, ſo habe ich davor gehalten, es werde dem Verlangen der Liebhabern ein Genüge geſchehen, mithin auch zu ihrem Nutzen gereichen, wann ich die allerleichteſte Manieren an das offene Licht ſtellte, wornach man nemlich eine jede Ordnung der Bau-Kunſt vermittelſt der gemeinen Regul, woraus wir aber alle Schwerigkeiten der blinden Linien ausgemuſtert, perſpectiviſch aufreiſſen ſolle. Wofern der Höchſte weiters Zeit und Kräften verleihen wird, noch das andere Werck unter die Preſſe bringen zu können: ſo will ich nicht nur darinnen anzeigen, wie man alle und jede Perſpectiv vermittelſt der Regul, deren ich mich gegenwärtiger mahlen bediene, uud die viel leichter und allgemeiner iſt, dann die Ordinari-Regel (ungeachtet jene dieſe letztere zum Fundament hat) verfertigen müſſe: ſondern es ſoll auch dabey weder Müh noch Arbeit geſpahrt werden, daß alles, was in dieſem Buch entweder aus der Acht gelaſſen, oder nicht mit behörigem Fleiß verzeichnet, oder ſonſten nicht deutlich genug erkläret worden, in gemeldtem folgenden Werk, wo dergleichen Mangel ſich erzeigte, überflüßig erſetzt, und zu des Kunſt-Liebhabers Nutzen und Vergnügen verbeſſert werden möge. Immittelſt beliebe der Leſer das Werck mit Freuden anzugreiffen, und nehme ſich den Fürſatz, alle Linien ſeiner Handlungen ſtets nach dem wahrhaftigen Aug-Puncten, das iſt, nach der Ehre GOttes, zu ziehen: da ich demſelben ſowol wünſche, als zugleich verſichere, daß Er ſolcher geſtalten ſeines löblichen Verlangens werde zu vergnügtem Glücke theilhafftig werden.

FIGU-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0007
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0008
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

*Figura 1.*



# FIGURA I.

*Explicatio Linearum Plani & Horizontis, ac Punctorum Oculi & Distantiæ.*

UT principia Perspectivæ facilius intelligas, pono tibi ob oculos Templum, in cujus interiori facie præter cetera pingendum sit aliquid ad Perspectivam pertinens. Templi hujus vestigium Geometricum est A, elevatio Geometrica in longum est B, in latum est C. In A est locus hominis aspicientis lineam D E, cui paries pingendus incumbit. In B idem homo ex eadem distantia intuetur lineam F G, quæ refert elevationem parietis. In figura C supponimus hominem consistere è regione ipsius parietis: easdémque proportiones mensurarum translatas esse ex vero pariete in figuram C, quæ ipsum in parvo repræsentat.

Prima ergo linea H I dicitur linea terræ vel plani, ex qua incipit, eidemque incumbit ædificium. Secunda linea N O N priori parallela, dicitur horizontalis, in qua ponitur O punctum oculi & N punctum distantiæ. Duo autem puncta distantiæ à nobis posita sunt, ut unum adhibeas ex qua parte volueris; nam ad figuras opticè contrahendas sufficit unum punctum distantiæ: nec fieri potest ulla optica delineatio, quin primo loco designentur duæ parallelæ, una plani seu terræ, altera horizontis, notando in linea horizontis punctum oculi seu opticum, & punctum distantiæ. Porro unam eandemque rem triplici schemate repræsentare oportuit, ut videas, locum ex quo aspicienda est figura C esse punctum N unius ex rectis N O, quam concipere debemus veluti normaliter infixam in O; ac distantiam inter O & N eandem esse debere cum distantia inter A & D E, inter B & G F.

In picturis multum spatii occupantibus, punctum oculi poni solet in medio lineæ horizontalis: atque ubi altitudo picturæ sit major latitudine, distantia N O fiet æqualis altitudini. Si latitudo picturæ sit major altitudine, distantia N O fiet æqualis latitudini: ita enim unico intuitu totum picturæ spatium comprehendi poterit. Porro quamvis eadem distantia diverso modo adhibeatur in vestigio A & in elevationibus B & C, nihilominus sectiones visualium cum pariete vestigii A & elevationis D omnino conspirant cum sectionibus visualium figuræ C. Jam si velimus ut spectatori in A & B paries depictus videatur distare à lineis D E & G F, quanta est longitudo quadrati P, cujus elevatio est Q; ex punctis A & B fiant visuales ad puncta extrema quadrati, notando sectiones visualium cum pariete D E & G F, qui ab aliis vocatur velum, vitrum, diaphanum, sectio, tela vel tabula. Invenies autem lineas R S ac T V esse æquales, ac similiter lineas X Z & Y K, & sic de aliis.

## Die erste Figur.

**Erklärung der Boden- und Horizont-Linien, wie auch der Aug- und Distanz-Puncten.**

ES wird hier, um den Grund der Perspectiv-Kunst besser zu verstehen, ein Tempel vorgestellt, in dessen innern Theil nebenst anderm auch ein gewisses Perspectiv gemacht werden solle. Dieses Tempels oder Kirchen Geometrischer Grund zeiget sich in A, in B aber der nach der Länge, und in C der nach der Breite angelegte Aufzug. In A stehet der Mensch, so die Linie D E anschauet, welche der Grund derjenigen Mauer ist, die man mahlen solle. In B findet sich eben der vorige Mensch, so auch in voriger Distanz die Linie F G beschauet, die die aufgezogene Mauer oder Wand fürstellet. In O muß man sich einbilden, daß der Mensch gerad gegen der Mauer über stehe, welche mit allen ihren proportionirten Gemässen aus dem Grossen in das Kleine in der Figur C übertragen worden.

Die erste Linie H I wird demnach die Boden- oder Grund-Linie genannt, aus welcher das Gebäu seinen Anfang nimmt, und auch auf derselben ruhet. Die andere Linie N O N, so mit der ersten parallel gehet, heisset man Horizontal-Linie, auf die man den Aug-Punct O, und den Distanz-Punct N zu setzen pfleget. Man hat aber hier zwey Distanz-Puncten gestellet, damit man des einen darvon, auf welcher Seiten es beliebt, sich bedienen möchte: gestalten man zu perspectivischer Aufreissung der Figuren an einem schon genug hat: so kan auch nichts in das Perspectiv gebracht werden, man ziehe dann zuvor zwey Parallel-Linien, nemlich die Grund- und die Horizont-Linie, und setze so dann auf diese letztere den Aug- oder Perspectiv- und dann den Distanz-Puncten. Sonsten habe ich vor nutzlich erachtet, eine einige Sache in einem dreyfachen Riß vorzustellen, und mithin zu zeigen, daß der Ort, aus welchem man die Figur C beschauen solle, der Punct N auf einer der Linien N O seye, von welcher Linie man sich einbilden muß, daß sie in O Winckelrecht eingesenckt stehe, und auch die Distanz zwischen O und N mit der Distanz zwischen A und D E, und B und G F überein kommen müsse.

Bey Gemählden, so grossen Platz einnehmen, pfleget man den Aug-Punct in die Mitte der Horizont-Linie zu setzen: so aber die Höhe des Gemähldes gröſſer dann die Breite ist, so soll die Distanz N O der Höhe, und wann die Breite des Gemähldes gröſſer als die Höhe wäre, die Distanz N O der Breite gleich genommen werden: dann solcher gestalten kan man das gantze völlige Gemählde so bald auf einmahl und in einem Augenblick übersehen. Worbey zu mercken, daß, obwolen einerley Distanz auf zerschiedene Weiß in dem Grund A, und in den Aufzügen B und C gebraucht wird, nichts desto weniger die Abschnitte der Gesichts-Linien bey der Mauer oder Wand des Grunds A und des Aufzugs D gäntzlich mit den Abschnitten der Gesichts-Linien in der Figur C übereinstimmen. Wer im übrigen gern wollte, daß einem in A und B Stehenden die gemahlte Mauer so weit von den Linien D E und G F entfernet scheinen solle, als das Viereck P welches in Q aufgezogen sich zeiget, lang ist, der muß aus den Puncten A und B die Gesichts-Linien nach dem äussersten Puncten des Vierecks ziehen, und die Abschnitte der Gesichts-Linie bey der Wand oder Mauer D E und G F, so von etlichen ein Vorhang, Glas, Abschnitt oder Tafel genennet wird, anzeichnen; da sich dann finden wird, daß R S und T V, wie auch X Z und Y K einander gleich seyn, und es mit den übrigen sich ebenfalls also verhalten.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0010
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA II.

*Modus delineandi opticè quadratum.*

ANte descriptionem opticam quadrati A, quod fingimus delineatum esse in papyro separata, ducendæ sunt duæ lineæ parallelæ, altera plani, altera horizontis, ut jam docuimus; notando in linea horizontis punctum oculi O, & punctum distantiæ E. Tum translatâ in lineam plani latitudine ac longitudine ipsius quadrati A, ita ut linea CB sit æqualis latitudini, & DC sit æqualis longitudini; ex punctis B & C fiunt visuales BO, CO ad punctum oculi; ex puncto D fit recta DE ad punctum distantiæ. Demum ubi visualem CO secat recta DE, fit FG parallela ad CB; habesque quadratum opticè contractum.

Compendium temporis & laboris facies, præsertim in schematibus quæ abundant lineis, si chartulam in medio complicaveris, eademque utaris ut latitudinem ac longitudinem quadrati transferas in lineam plani.

# Die zweyte Figur.

## Ein Viereck perspectivisch aufzureissen.

WEvor man das Viereck A, welches hier auf einem besondern Blättlein verzeichnet ist, ins Perspectiv bringen will, so müssen 2. Parallel-Linien, wie schon gemeldt, nemlich die Boden oder Grund- und die Horizont-Linie gezogen, und auf dieser letztern der Aug-Punct O, und der Distanz-Punct E angemerckt; hernach aber, wann man die Breite und Länge des Vierecks A auf die Grund-Linien dergestalten getragen, daß die Linie CB der Breite, und DC der Länge gleich seye, die Gesichts-Linien BO, CO aus dem Puncten B und C nach dem Aug-Punct, und die Linie DE aus dem Punct D nach dem Distanz-Punct gezogen werden. Endlich, wo die Linie CO und DE durchschnitten wird, daselbst ziehet man GF der CB parallel; und solcher gestalt ist das Viereck perspectivisch aufgerissen.

Zu Erspahrung der Zeit und Arbeit, absonderlich wann die Figuren sehr viel Linien haben, ist nicht undienlich, so man das Papier in der Mitte zusammen legt, und dasselbe also gebraucht, daß man die Breite und Länge des Vierecks auf die Grund-Linie dardurch überträget.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0011
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




*Figura 2.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0012
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




*Figura 3.*







UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0013
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA III.

*Optica delineatio rectanguli, altera parte longioris.*

LAtitudo B C rectanguli A ponatur in linea plani, adhibito circino, vel cartula complicatâ; & ex punctis B & C fiant visuales ad O punctum perspectivæ. Tum papyro ex altera parte iterum complicatâ, notetur longitudo C D rectanguli; ducendo tum rectam D E ad punctum distantiæ, tum rectam F G parallelam ad B C, quæ complebit opticam delineationem rectanguli.

Altera figura ostendit complicationem cruciformem papyri, quæ adhiberi potest in delineandis rectangulis, seu latitudo eorum sit major longitudine aut viceversâ, seu latitudo & longitudo sint æquales.

# Die dritte Figur.

**Ein langlechtes Viereck perspectivisch zu reissen.**

MAn setzet entweder mittelst des Zirckels, oder des gebognen Papiers die Breite B C des langlechten Vierecks A, und ziehet aus denen Puncten B und C die Gesichts-Linien nach dem Perspectiv-Punct O. Hernach kan man das Papier überzwerch auch wieder zusammen falten, und die Länge C D des langlechten Vierecks bemercken, auch so dann die Linie D E nach dem Distanz-Punct, und die Linie E F der B C parallel ziehen: da dann das Viereck in das Perspectiv gebracht seyn wird.

In der andern Figur sihet man, wie man das Papier kreutzweis zusammen legen, und darmit bey denen langlechten Vierecken, wie bey denen gleichseitigen verfahren müsse.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0014
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA IV.

*Optica Deſcriptio Quadrati duplicis.*

JAm incipies frui compendio papyri complicatæ. Nam eam admovendo lineæ plani, nullo negotio notare poteris puncta 1. 2. 3. 4. 5. 6. linearum viſualium, quæ ducentur ad O punctum perſpectivæ. Exinde complicatâ rurſum chartulâ in crucem ad P, notabuntur hæc puncta; 7. coincidens cum puncto 6. niſi quadratum diſtet à linea plani; 8. 9. 10. Ductis autem rectis ex 8. 9. 10. ad punctum E, ubi ſecant viſualem 6. 7. fient parallelæ, eritque completa delineatio.

In medio quadrati B aliud quadratum facilè deſcribetur, ducendo Diagonales ſeu Diametros ab angulo ad angulum, ut in figura.

# Die vierdte Figur.

**Ein doppeltes Viereck in das Perſpectiv zu bringen.**

SJer beginnet man nun den Nutzen von dem zuſammen gefaltenen oder gelegten Papier zu genieſſen: dann ſo man daſſelbe an die Grund-Linie anſetzet, ſo können die Puncten 1. 2. 3. 4. 5. 6. der Geſichts-Linien, die man nach dem Aug-Punct O ziehen muß, alſobalden und ohne Mühe allda bezeichnet werden. Die andere und zwar Kreutzförmige Faltung P des Papiers aber gebraucht man zu Bemerckung der andern Puncten, nemlich 7. (welcher Punct allezeit mit dem Punct 6. einerley Stätte hat, wann das Viereck genau an der Grund-Linie anſtehet) item 8. 9. und 10. Von dieſen 3. letztern ziehet man ſo fort die Linien nach dem Punct E; und wo ſie die Geſichts-Linie 6. 7. durchſchneiden, allda werden Parallel-Linien gezogen: auf welche Weiß alsdann der perſpectiviſche Riß in ſeiner Vollkommenheit ſtehen wird.

In der Mitte des Vierecks B kan gar leichtlich noch ein anders geriſſen werden, indeme man nur die Diagonales oder die Diametros von einem Winckel zu dem andern ziehen darff; wie in der Figur zu ſehen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0015
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




*Figura 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0016
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

*Figura 5.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0017
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA V.

*Vestigia quadratorum cum elevationibus.*

SUppositis iis quæ jam diximus de contractione optica quadratorum, notandum est, vestigium primi quadrati distare à linea plani spatio B A opticè contracto, quia linea B D habet à visuali A O distantiam B A. Eodem modo quadratum secundum distat à linea plani spatio E A, & sic deinceps.

Velim observes, in omnibus his quadratis lineas longitudinis esse partes visualium, lineas vero latitudinis esse parallelas lineæ plani, & in primo quadrato duci ex punctis, in quibus lineæ B D, C D tendentes ad punctum distantiæ secant visualem A O.

Sub singulis vestigiis quadratorum delineavimus alia omnino similia, per quæ parvo labore fient tres bases, erigendo ad libitum quas primas perpendiculares æquales; ac ducendo tum duas visuales ad punctum oculi O, tum reliquas ut in figura. Supponendum est autem, Geometricam altitudinem cujuslibet rei desumi ex lineis normalibus ad lineam plani; quemadmodum latitudo & longitudo Geometrica desumuntur ex eadem linea plani.

Tres aliæ bases inferiores formantur sine lineis occultis ex vestigio & ex altitudine longitudinis opticè deformatis, adhibendo solas altitudines ac longitudines angulorum. Nomine altitudinis intelligimus distantiam cujuslibet anguli à linea plani; nomine latitudinis intelligimus distantiam anguli ab una aliqua linea normali ad lineam plani; dummodo hæ normales eandem habeant positionem respectu basium, & respectu vestigiorum & elevationum. Quemadmodum autem per concursum altitudinis F G, & latitudinis H I ope duorum circinorum invenitur unus angelus in una basi, ita inveniuntur cæteri tum in ea tum in reliquis.



# Die fünffte Figur.

## Einige Gründe von Vierecken samt ihren Aufziehungen.

NAchdem wir dasjenige also vorausgesetzet, was bishero von den perspectivischen Vierecken gemeldet worden, so ist hier weiter zu mercken, daß der Grund des ersten Viereck von der Grund-Linie so weit abstehe, als das perspectivische Spatium B A austrägt; weilen die Linie B D von der Gesichts-Linie A O um die Distanz B A entfernet ist. Welcher Ursachen halber dann auch das zweyte Viereck von der Grund-Linie um die Distanz E A (das ist, so viel die Distanz E A austrägt) abstehet: und so immerfort.

Sonsten ist zu mercken, daß bey allen diesen Vierecken die Linien der Länge Theile von den Gesichts-Linien seyen; die Linien der Breite aber mit der Grund-Linie parallel lauffen, und bey dem ersten Viereck aus demjenigen Puncten gezogen werden, in welchen von den Linien B D, C D, die nach dem Distanz-Punct gehen, die Gesichts-Linie A O durchschnitten wird.

Ich habe unter einem jeden Grund der Vierecke noch andere gantz gleichförmige Gründe verzeichnet, vermittelst deren gar leichtlich die drey Fundamenten können gemacht werden, indem man nach Belieben die zwey erste gleiche Perpendicular-Linien aufrichtet, und sowol die zwey Gesichts-Linien nach dem Aug-Puncten O, als auch die übrige Linien ziehet, wie in der Figur zu ersehen. Es ist aber dieses hierbey voraus zu setzen, daß die Geometrische Höhe eines jeden Dings aus denen auf die Grund-Linie abfallenden Perpendicular-Linien, und die Geometrische Breite und Länge aus eben ersagter Grund-Linie genommen werden müsse.

Die drey andere Fundamente werden aus dem perspectivischen Grund und Aufziehung der Länge ohne blinde Linien gemacht, und blos die Höhe und Breite eines jeden Winckels darzu gebraucht. Durch die Höhe aber verstehe ich die Distanz, so sich zwischen iedem Winckel und der Grund-Linie befindet; und durch die Breite verstehe ich die Distanz, die sich zwischen dem Winckel und irgend einer auf die Grund-Linie abfallenden Perpendicular-Linie erzeiget; So fern nur solche Perpendicular-Linien in Ansehung der Fundamenten, wie auch in Ansehung ihres Grunds, und ihrer Aufziehung einerley Stand haben. Gleichwie aber vermittelst des Puncten, in welchen die mit einem Zirckel genommene Höhe F G, und die mit einem andern Zirckel genommene Breite H I zusammen lauffen, bey dem ersten Fundament ein Winckel gefunden wird, also und auf eben solche Weise lassen sich auch die übrige Winckel sowol bey diesem Fundament oder Basi, als bey denen andern finden.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0018
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA VI.

*Modus opticæ delineationis absque lineis occultis.*

IN hac figura vestigium Geometricum B seorsim posui ab elevatione Geometrica A, ut deinceps faciemus. Vestigium B opticè contractum in E est N M R S; elevatio contracta longitudinis vestigii est F T S N. Posito autem quod altitudines F N, 15. 26. sint æquales; latitudines N M 12. 56. sint æquales; & rectæ N M, 56. sint in linea X plani; rectæ F N 15. sint in perpendiculo V; anguli 3. & 4. basis C habent eandem elevationem seu distantiam à linea X plani, quam habet angulus T: anguli 1. & 2. habent elevationem quam angulus F: anguli 3. 7. habent eandem latitudinem seu distantiam à perpendiculo V, quam habet angulus R; anguli 2. & 6. habent eandem latitudinem, quam habet angulus M.

# Die sechste Figur.

**Wie ein Perspectiv ohne blinde Linien aufzureissen.**

IN gegenwärtiger sechsten Figur habe ich den Geometrischen Grund B besonders, und die Geometrische Aufziehung A auch wiederum besonders aufgerissen, und solches solle hinfort allezeit also gehalten werden. Der in E ins Perspectiv gebrachte Grund B ist N M R S; und die Perspectivische Aufziehung der Länge des Grunds ist F T S N. Wann nun voraus gesetzt wird, daß die Höhen F N 15. 26; ingleichem die Breiten N M 12. 56. gleich seyen; und das N M 56. auf der Grund-Linie X; wie auch die Linien F N 15. auf der Perpendicular-Linie V stehen; So seynd die Winckel 3. und 4. eben so weit von der Linie X entfernet, als der Winckel T; der Winckel 1. und 2. haben auch eben die Höhe, wie der Winckel F; so stehen nicht minder die Winckel 3. und 7. so weit von der Perpendicular-Linie V ab, als der Winckel R; und die Winckel 2. und 6. haben eben die Breite, die der Winckel M hat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0019
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

*Figura. 6.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0020
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




*Figura 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0021
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA VII.

*Aliud Exemplum vestigii Geometrici cum elevatione longitudinis.*

SI delineanda sit basis dissecta in quatuor partes, fiat vestigium A cum suis divisionibus longitudinis E D & latitudinis C D. Easdem vero divisiones latitudinis habebit in E F elevatio B quæ pertingit usque ad X. Porro ad contractionem opticam vestigii adhibebitur papyrus complicata in latum & in longum, transferendo in lineam plani latitudinem & longitudinem vestigii. Deinde nullo negotio fiet optica deformatio elevationis, ut clarè positum est in figura. Quomodo autem ex vestigio & ex elevatione longitudinis optice imminutis eruatur basis nitida sine lineis occultis, ex præcedentibus manifestum est. Optarem ut per assiduam circini tractationem in hac methodo exercenda operam sedulo ponas; quum ex ea pendeat omnis facilitas delineationum opticarum.

# Die siebende Figur.

**Ein ander Exempel eines Geometrischen Grunds und wie selbiger nach der Länge aufgezogen ist.**

WAnn man ein in 4. Theil getheiltes Fundament oder Fuß-Gestell perspectivisch aufreissen will, so soll vorhero der Grund A samt seinen Abtheilungen der Länge E D und der Breite C D gezeichnet werden: Diese Abtheilung aber der Breite zeiget sich in der bis an X reichenden Aufziehung B bey E F. Wann nun ferner vermittelst deß nach der Breite und Länge zusamen gelegten Papiers die Breite und Länge des Grunds auf die Grund-Linie getragen wird, so reißt man besagten Grund perspectivisch also auf, daß man nemlich von demselben hernimmt, was zur perspectivischen Aufziehung der Länge erforderlich ist; da dann aus allen beeden, nemlich dem perspectivischen Grund und der Aufziehung der Länge ohne einige blinde Linien das Fuß-Gestell nettiert und ins Reine gebracht wird; wie aus vorhergehendem bereits erhellet. Sonsten möchte ich gern sehen, daß man durch stetigen Gebeauch des Zirckels sich hierinn fleissig übte; weilen darob alle Fertigkeit, ein Perspectiv aufzureissen, beruhet.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0022
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA VIII.

*Optica projectio ſtylobatæ.*

SI libitum fuerit delineare ſtylobatam cum projecturis in ſummo & imo incipies ab elevatione Geometrica A, ducendo occultas ad id neceſſarias tum verſus perpendicularem L, tum deorſum pro veſtigio Geometrico B, cujus diſtantiæ transferentur in ſpatium G. Si menſuræ longitudinis diſtent ſpatio C à menſuris latitudinis, veſtigium deformatum, videbitur diſtare à linea K plani, quantum eſt idem ſpatium C. In conſtruenda opticâ elevatione D, viſuales ex punctis lineæ L dabunt lineas latitudinis; lineas verò altitudinis accipies ex lineis veſtigii contracti, ut in figura. In formando ſtylobatâ nitido E F, locum anguli H dabit concurſus latitudinis ex linea L usque ad M, & altitudinis ex linea K usque ad I. Concurſus tum ejusdem altitudinis tum latitudinis ex L usque ad O dabit angulum N. Demum altitudinem anguli P accipies ex K usque ad Q; latitudinem ex L usque ad R.

# Die achte Figur.

## Ein Fuß-Geſtell im Perſpectiv.

WIll man ein Fuß-Geſtell zeichnen, welches zu oberſt und zu unterſt einige Vorragungen habe, ſo muß man von der Geometriſchen Aufziehung A den Anfang machen, und die darzu nöthige blinde Linien theils gegen der Perpendicular-Linie L, theils abwarts zu Formierung des Geometriſchen Grundes B ziehen, auch ſolche Grunds-Diſtanzen auf das Spatium G übertragen. Wann die Maaſen der Länge von den Maaſen der Breite ſo weit abſtehen, als das Spatium C beträgt, ſo wird es ſcheinen, als ob der Perſpectiviſche Grund von der Boden- oder Grund-Linie K ſo weit entfernet ſeye, als beſagtes Spatium C groß iſt. Soll die Aufziehung D in das Perſpectiv gebracht werden, ſo hat man aus denen von der Perpendicular-Linie L gezogenen Angen- oder Geſichts-Linien die Linien der Breite; und aus dem Perſpectiviſchen Grund die Linien der Höhe herzunehmen. Bey Verfertigung des nettierten Fuß-Geſtells E F kan man den eigentlichen Ort des Winckels H finden, wann man die Höhe von der Linie K bis an I, und die Breite von der Linie L bis an M nimmt; alldieweilen, wo die zwey Maaß einander begegnen, allda der Winckel H ſich ereignet. Den Winckel N betreffend, wann man eben die vorige Höhe behält, ſo erſtreckt ſich die Breite von L bis an O: endlichen ſoll die Höhe des Winckels P von K bis an Q; und die Breite von der Linie L bis an R genommen werden.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0023
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

*Figura 8.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0024
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




Figura 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0025
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA IX.

*Optica delineatio architecturæ Jacobi Barozzii; & primum de ſtylobata Ordinis Etruſci.*

PErſpectiva nusquam clarius emicat quam in architectura. Idcirco tibi ob oculos pono Architecturam Jacobi Barozzii, quem à patria nuncupant il Vignola, reliquis fortaſſe uſitatiorem; in eaque continetur elevatio Geometrica ſingulorum quinque ordinum, qui vocantur Etruſcus, Doricus, Jonicus, Corinthius, & Romanus vel Compoſitus; delineando ſeorſim partes cujuscunque ordinis in figuris grandioribus. Elevationi Geometricæ ſuum veſtigium nos addemus; ex veſtigio autem & ex elevatione opticè deformatis eliciemus apparentias ſolidorum juxta regulam traditam. Exempli gratia, ſi delineare velis ſtylobatam quadratum & pilam Ordinis Etruſci, præter elevationem Geometricam A delineare oportet veſtigium Geometricum B, ex ambobus autem opticè contractis formatur ſtylobata nitidus D, cum antea & pila exiſtente ad latus accipiendo altitudines à linea plani, altitudines à linea perpendiculari ad ipſum planum. In alia delineatione poſuimus pilam ex adverſo, ut eis omni modo delineandis aſſueſcas.

Ad vitandam confuſionem linearum proderit, ut figuræ fiant his noſtris multo grandiores: in quem finem ſingulis paginis appoſita eſt ſcala modulorum. Hoc nomine intelliguntur partes æquales, in quas dividuntur lineæ latitudinis & altitudinis, elevationum Geometricarum; ac lineæ latitudinis & longitudinis veſtigiorum Geometricorum. Si moduli ſint parvi, ſubdividuntur ſinguli in duodecim partes; ac prout fuerint grandiores, ſubdividuntur in partes triginta, vel ſexaginta, vel centum & viginti.

# Die neunte Figur.

**Perſpectiviſcher Bauriß aus dem** Jacob Barozzio **oder** Vignola; **und erſtlichen von dem Fuß-Geſtell der Toſcaniſchen Ordnung.**

DAs Perſpectiv äuſſert ſich nirgend ſichtlicher und ſchöner als in der Bau-Kunſt: deßwegen ich auch die Architectur oder Bau-Kunſt des Jacobi Barozzii (den man ſonſt nach ſeinem Vatterland il Vignola zu nennen pflegt) als welche vor andern etwa am meiſten gebraucht wird, hier vor andern vor Augen ſtellen wollen; und weilen in derſelben die Geometriſche Aufziehung aller fünf Ordnungen, nemlich der Toſcaniſch-Doriſch-Joniſch-Corinthiſch- und Römiſch- oder vermiſchten, enthalten wird, ſo hat man die Theile einer jeden Ordnung beſonders in gröſſern Figuren aufgeriſſen. Wir wollen aber der Geometriſchen Aufziehung jederzeit ihren Grund beyſetzen, und ſowol aus dem perſpectiviſchen Grund als Aufziehung das Ausſehen oder Anſehen der dichten Cörper zufolge der vorgegebenen Regel heraus bringen. Zum Exempel, wann man das viereckigte Fuß-Geſtell und die darob ſtehende Säule von der Toſcaniſchen Ordnung verzeichnen will, ſo muß neben der Geometriſchen Aufziehung A auch der Geometriſche Grund B aufgeriſſen, aus allen beeden aber, wann ſie vorher ins Perſpectiv gebracht ſeynd, das nettierte Fuß-Geſtell D mit ſeinem Seiten-Saulwerck formiert, zu dem Ende die Höhen von der Grund-Linie, und die Breiten von der auf dieſelbe abfallenden Perpendicular-Linie genommen werden. Sonſten habe ich auf der andern Seite und gegen über auch eine Säule geſetzet, damit man ſich angewöhne, ſelbige auf allerley Weiſe zu zeichnen.

Die Confuſion und Verwirrung der Linien hiebey zu verhüten, iſt ſehr nutzlich, daß man die Figuren gröſſer mache, als dieſe unſere gegenwärtige ſeyn: dahero dann einer jeden Figur ein Maaß-Stab beygefügt worden: durch welchen Maaß-Stab man die gleiche Theile, worein die Linien der Breite und Höhe bey den Geometriſchen Aufziehungen, wie auch die Linien der Breite und Länge bey den Geometriſchen Gründen getheilet werden, verſtehet. Seynd nun die Gemäß klein, ſo wird ein jedes derſelben weiters in 12. Theile getheilet; ſeyn ſie aber groß ſo theilet man ſie wiederum in 30. oder 60. oder 120. Theile ab.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0026
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA X.

*Optica deformatio ſtylobatæ Dorici; ubi de modo vitandi confuſionem in veſtigiis delineandis.*

ELevatio Geometrica B ſtylobatæ Dorici continet eandem ſymmetriam partium quæ habetur apud Barozzium; ex eaque eruitur veſtigium Geometricum A per lineas occultas quæ deſcendat ex punctis terminativis præcipuarum projecturarum. Earundem projecturarum diſtantiæ transferendæ ſunt in lineam elevationis, notando puncta quæ neceſſaria ſunt ad deformandum elevationem longitudinis ſtylobatæ.

Si ob propinquitatem lineæ plani ad lineam horizontis, veſtigium evadat confuſum, fiant in diſtantia congrua ſub linea plani aliæ lineæ planorum ipſi parallelæ cum ſuis veſtigiis. Quid autem emolumenti afferat diſtantia major præ minori, oſtendit veſtigium E diſtinctius veſtigio D. Singula hæc veſtigia fiunt notando in linea cujuslibet plani menſuras latitudinis & longitudinis veſtigii A, & ducendo lineas ad eadem puncta oculi ac diſtantiæ.

Stylobatam nitidum deſcripſimus ex parte G, tum ex neceſſitate, tum ut videas pro diſtantia F O uſurpandam eſſe diſtantiam G O penitus æqualem.

# Die zehende Figur.

**Perſpectiviſch-Doriſches Fuß-Geſtell; nebſt der Anzeige wie die Confuſion und Verwirrung in Aufreiſſung der Gründe möge vermieden werden.**

DJe Geometriſche Aufziehung B des Doriſchen Fuß Geſtells hat eben die Theile und Gemäß, die bey dem Vignola oder Barozzio zu finden, und wird aus gedachter Aufziehung vermittelſt der blinden Linien, ſo von den End-Puncten der fürnehmſten Vorragungen herab gehen, der Geometriſche Grund A formiret: dieſer Vorragungen Diſtanzien aber müſſen auf die Aufziehungs-Linie getragen, und die Puncten, welche zur perſpectiviſchen Aufziehung der Länge des Fuß-Geſtells nöthig ſeyn, gemerckt werden.

Wann die Grund-Linie der Horizont-Linie gar zu nahe ſtehet, und alſo der Grund gantz confus und verwirrt werden möchte, ſo ſollen unter der Grund-Linie in gehöriger Diſtanz andere Grund-Linien, ſo mit der obern parallel gehen, nebſt ihren Gründen gemacht werden. Was aber eine groſſe Diſtanz vor oder gegen einer kleinen für Nutzen bringe, das zeiget der Grund E, der viel deutlicher iſt denn der Grund D. Zu Formierung eines jeden ſolchen Grunds darff man nur die Gemäß der Breite und Länge des Geometriſchen Grunds A auf einer jeden Grund-Linie anmercken, und von ſelbigen Puncten die Linien nach dem Aug und nach dem Diſtanz-Puncten ziehen.

Das nettierte Fuß-Geſtell hab ich deßwegen auf der Seiten G mit beygefüget, weilen ich ſowol es für nöthig angeſehen, als auch zugleich dardurch anzeigen wollen, daß man an ſtatt der Diſtanz F O die ihr durchaus gleiche Diſtanz G O gebrauchen müſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0027
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

*Figura. 10.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0028
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

P. 50.

M. 5.

C

D

E

B

A

Figura
11.

Grud Linea

Horizontal Linea

O

Distans

Aug punct

A

A

A

A

I

N

K

M

L

# FIGURA XI.

*Stylobatæ Jonici deformatio ; ubi de vitanda confuſione in elevationibus.*

TUm in figura præcedenti, tum rurſus in hac oſtendimus quid agendum ſit ubi veſtigia A A nimium obliquentur, unde oritur confuſio, præcipuè in lineis parallelis, quæ exhibent latitudines. Non minor difficultas interdum occurret in elevationibus longitudinis opticè deformandis; quod videlicet, ob nimiam earum obliquitatem, pervium non ſit altitudines ſingularum projecturarum probe diſcernere ac deſignare. Ad ſcopulos iſtos declinandos, loco elevationis B adhibebitur elevatio C, quæ diſtinctior eſt tum illa, tum duabus intermediis D & E, ob majorem diſtantiam quam habet à puncto oculi.

In delineando ſtylobata nitido, latitudines accipientur ex ultimo veſtigio, ponendo unam cuſpidem circini in linea perpendiculari quæ proxima eſt litteræ O, altitudines accipientur ex elevatione C, ponendo unam cuſpidem circini in linea plani, ut in præcedentibus oſtenſum eſt.

# Die eilffte Figur.

**Joniſches Fuß-Geſtell im Perſpectiv; und wie man die Confuſion oder Verwirrung bey denen Aufziehungen vermeiden ſolle.**

ICh gebe beedes in der vorhergehenden, und dann abermahl in gegenwärtiger Figur die Anweiſung, wie man ſich verhalten müſſe, wann die Gründe A A gar zu ſehr verkürtzt ſeyn, als wodurch eine groſſe Verwirrung, inſonderheit bey den Parallel-Linien der Breiten entſtehet. Es kan ſich aber auch eben dieſe Schwerigkeit zuweilen nicht minder bey denen Aufziehungen der Länge, wann ſie ſollen ins Perſpectiv gebracht werden, ereignen; daß man nemlich wegen ihrer allzugroſſen Verkürtzung die Höhe einer jeden Vorragung nicht recht erkennen noch verzeichnen kan. Solchem Ubel nun abzuhelffen, ſo ſolle an ſtatt der Aufziehung B die Aufziehung C genommen werden, als welche letztere wegen der gröſſern Diſtanz, die ſie von dem Aug-Punct abſtehet, viel deutlicher erſcheinet, dann B, D, und E.

Zu Aufreiſſung des nettierten Fuß-Geſtells müſſen die Breiten aus dem letztern Grund genommen, und zu dem Ende der Zirckel mit der einen Spitze auf die Perpendicular-Linie, welche zu nächſt bey O ſtehet, geſtellet werden; die Höhe aber hat man aus der Aufziehung C herzunehmen, und deßwegen die eine Spitze des Zirckels auf die Grund-Linie, wie oben bereits gelehret worden, zu ſetzen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0030
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA XII.

*Deformatio ſtylobatæ Corinthii cum duabus pilis.*

ORnatus gratia ſtylobatæ Corinthio additæ ſunt pilæ, quæ pone columnas locari ſolent. Ut autem pilæ clarius appareant, columna omiſſa eſt, cujus deformandæ rationem nondum tradidimus. Menſuras omnes ex Barozzio acceptas eſſe demonſtrat ipſum ſchema, in quo elevatio Geometrica ſtylobatæ eſt A; veſtigium ejus Geometricum eſt B: pilæ **C C.** Veſtigium opticè contractum eſt D, elevatio longitudinis ſtylobatæ opticè contracta eſt E, ac methodo conſueta ex iis eruetur ſtylobata nitidus cum ſuis pilis.

# Die zwölffte Figur.

**Corinthiſches Fuß-Geſtell ſamt ſeinen zweyen Neben-Säulen im Perſpectiv.**

DEm Corinthiſchen Fuß-Geſtell ſeyn der Zierde halber die Neben-Säulen beygefüget, die man hinter die Haupt-Säule zu ſtellen pflegt, damit aber dieſe Neben-Säulen deſto beſſer geſehen werden möchten, ſo hat man die Haupt-Saul auſſen gelaſſen, von welcher zwar auch noch nicht Meldung geſchehen, wie ſie ins Perſpectiv gebracht werden ſolle. Es ſeyn alle Gemäß aus dem Barozzio genommen worden, wie der Riß ſelbſten es vor Augen zeiget; in ſelbigen iſt A des Fuß-Geſtells Geometriſche Aufziehung; B deſſelben Geometriſcher Grund; C C ſeyn die Neben-Säulen; D und E der Grund und die Aufziehung der Länge, beede im Perſpectiv; aus welchem hernach auf die gewöhnliche Weiß das nettierte Fuß-Geſtell mit ſeinen Neben-Säulen formirt werden muß.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0031
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

C M. C. 2.

M. 2. P. 14.

P. 14.

A

P. 12.

C

C B

E

D

Figura 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0032
© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

Figura 13.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0033
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA XIII.

*Projectio ſtylobatæ ordinis Compoſiti.*

Quum pagina non caperet Integrum ſtylobatam tantæ molis, fingere oportuit detractum illi eſſe aliquid de trunco; ac partem ſupremam ſtylobatæ ſuſtentari ab infima, non immediate, ſed per quatuor aſſeres; eisque impoſitam fuiſſe adjumento funium ſuſpenſorum ex trochlea. Elevatio Geometrica ſtylobatæ eſt B; veſtigium Geometricum eſt A. Ex his eruitur optica delineatio veſtigii C & elevationis D, ac poſtea formatur ſtylobata nitidus E, accipiendo latitudines ex veſtigio C, altitudines ex elevatione D.

# Die dreyzehende Figur.

**Ein Fuß-Geſtell von der vermiſchten Ordnung perſpectiviſch aufzureiſſen.**

Weilen die Enge des Blats nicht zugelaſſen, daß man ein ganzes völliges Fuß-Geſtell von ſolcher Gröſſe darauf bringen könnte, als hat demſelben in der Mitte ein Stuck heraus genommen werden müſſen, ſo daß der obere Theil des Fuß-Geſtells nicht unmittelbar auf dem untern, ſondern vermittelſt vier entzwiſchen gelegter Balcken ruhet, und auf ſelbiger durch Beyhülf einiger an einem Taſchen-Zug feſtgemachter Stricke lieget. Die Geometriſche Aufziehung des Fuß-Geſtells iſt B, und der Geometriſche Grund iſt A: aus dieſen wird der perſpectiſche Grund C, uud die perſpectiviſche Aufziehung D hergenommen, und folglich das nettierte Fuß-Geſtell E formiert, darzu aber aus dem Grund C die Breiten, und aus der Aufziehung D die Höhen genommen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0034
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA XIV.

*Deformatio circulorum.*

Ut ſtylobatis imponere liceat columnas cum ſuis baſibus & capitellis, docendus eſt modus qui ſervandus eſt in projectione optica circulorum, tum ſingularium, tum duplicium aut multiplicium circa idem centrum.

Veſtigium Geometricum A conſtat quadrato in quatuor partes æquales diviſo, cui circulus inſcribitur, additis diagonalibus: & ubi hæ ſecant circulum, fiunt rectæ parallelæ ad ſingula latera ipſius quadrati. Deinde quadratum cum omnibus diviſionibus opticè imminuitur; ac tum per quatuor puncta, ubi tres lineæ rectæ ſe interſecant, tum per quatuor extrema reliquarum duarum diametrorum circuli, ducetur cum venuſtate circumferentia circuli B. Si addere velimus alium circulum, veſtigio Geometrico C inſcribetur aliud quadratum; indeque habebitur optica delineatio duplicis circuli D. Inter hos duos quomodo liceat deſcribere tertium, per octo ſectiones quadratorum, oſtendunt figuræ E & F. Uno verbo, circuli deſcribuntur per quadrata, adhibendo ſectiones viſualium cum parallelis ad lineam plani; ac nullum eſt punctum in quadratis & circulis A. C. E. cui per ſectiones illas nequeat inveniri punctum correſpondens in quadratis & circulis B. D. F. Nihilominus ubi opus habeas pluribus circulis, autor tibi ſumme multiplices quadrata, plus confuſionis allatura tibi, quam adjumenti.

# Die vierzehende Figur.

**Zirckel-Krayſe im Perſpectiv.**

Damit man auf die Fuß-Geſtelle die Säulen ſamt ihrem Fuß und Capitäl ſetzen könne, ſo iſt nöthig, daß man die Art und Weiſe anzeige, wie ſowohl die einzele, als auch zwey- und vielfache Zirckel-Krayſe unter einerley Mittel-Punct ins Perſpectiv gebracht werden ſollen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0208
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.




*Figura 100.*




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0209
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# FIGURA C.

*Modus reticulationis faciendæ in teſtudinibus.*

OPera quæ fiunt in planis, contenta ſunt duplici reticulatione ut notum eſt. Nam una earum fit in exemplari, altera fit in ſuperficie in qua ipſum opus pingendum eſt. At vero teſtudines exigunt tres reticulationes. Prima fit in exemplari, quod ſupponimus delineatum eſſe juxta regulas perſpectivæ horizontalis. Secunda reticulatio conſtat ex funiculis & eſt penſilis; cujus formam Geometricam habes in M. Locum ubi figendi ſunt clavi qui ſuſtineant funiculos, exhibent rectæ A B, E F: optica vero deformatio retis eſt in N. Punctum oculi eſt O; diſtantia eſt L O. Itaque ſi imagineris, tempore nocturno lumen candelæ aut lucernæ exiſtere in O, atque à reti ex funiculis projici lineas umbroſas in teſtudinem, eædemque lineæ penicillo colorentur, habebitur tertia reticulatio, ad pingendam teſtudinem neceſſaria.

Dixi ſi imagineris, quia in teſtudinem obductam tabulato, ac remotam à reti & multo magis à lumine; vel projici nequeunt umbræ, vel nequeunt eſſe vividæ ac diſtinctæ ut oportet. Itaque ubi nimia fuerit diſtantia, figes in O extremitatem fili; eoque usque ad teſtudinem extenſo, utêris velut radio ac lumine candelæ ad notandum umbræ locum. Proderit etiam ut ſuper tabulato motum fili obſecundes lumine alicujus candelæ, quod ipſi filo proxime admoveas. Atque his aliisque adminiculis, tuaque induſtria, colores induces ſuper lineis umbroſis, ac tertiam reticulationem abſolves. Poſcet etiam rete ex filis figi in parva diſtantia à fornice, puta in G H, unde incipit baſis ædificii: tunc autem umbræ in fornice erunt magis diſtinctæ ac viſibiles.

Diligentiſſime curabis ne menſuræ exemplaris diſcrepent ullatenus à menſuris teſtudinis: ut rete incidens in angulos, arcus, aut lunulas teſtudinis, exacte reſpondeat reti exemplaris. Demum ſi in vitia quæ mandari nequeant incidere nobis, ſcito, regulas omnes perſpectivæ horizontalis, æque in hominibus aut animalibus, ac in columnis aut coronicibus pingendis, omnino ſervari oportere.

# Die hunderte Figur.

## Wie man die Gewölbe gettern ſolle.

ES iſt bekannt, daß bey Arbeiten, die man auf flachen Grund zu machen hat, nicht mehr dann zwey Getter vonnöthen ſeynd; nemlich eines, ſo man auf den Riß, und das andere, ſo man auf die Ober-Fläche, worauf das Werck ſelbſten gemahlt werden ſoll, zu legen pflegt: zu denen Gewölbern aber muß man mit drey Gettern verſehen ſeyn. Das erſte wird auf den Riß gemacht, von welchem man ſich einbildet, daß er nach den Regeln der Horizontal-Perſpectiv-Kunſt verfertigt ſeye: das andere ſoll aus Spagen oder Bindfaden beſtehen, und in der Lufft angehängt ſeyn, deſſen Geometriſche Form in M zu ſehen. Der Ort der Nägel, wormit die Bindfäden anzuhefften ſind, wird durch die Linien A B, E F angezeigt. Bey N ſtehet ſolches Getter ſelbſten im Perſpectiv. O iſt der Aug-Punct und L O die Diſtanz. Dahero dann, wann man ſich einbildet, das Liecht einer Kertze oder Fackel befinde ſich nächtlicher Zeit in O, und werffe von den Bindfäden Schatten-Linien auf das Gewölb, die man hernach mit einem Pinſel-Strich überziehet, ſo bekommt man zugleich hierdurch das dritte Getter, welches man zur Mahlung des Gewölbs vonnöthen hat.

Ich habe bedächtlich geſetzt: wann man ſich einbildet. Dann weilen das Gewölb mit dem Gerüſt verdeckt, und weit von dem Getter, noch viel weiter aber von dem Liecht abſtehet, ſo können die Schatten-Striche entweder nicht dahin fallen, oder doch nicht ſo ſtarck und deutlich, als vonnöthen, geſehen werden, deßwegen, wo die Diſtanz gar zu groß und weit wäre, müſte man den äuſſerſten Theil des Bindfadens in O feſt machen, und ſich deſſelben an ſtatt des Liechts bedienen, mithin den Ort des Schattens zeichnen und mercken. So könnte auch nicht ſchaden, wann man auf dem Gerüſt ſtünde, und allda mit dem Liecht, ſo auf das allernächſte zu dem Bindfaden hinzuheben, der Bewegung ſolchen Bindfadens behülfflich wäre. Mittelſt dieſer nun und anderer Handgriffen, auch ſelbſt-eigener Klugheit übermahlet man die Schatten-Linien, und verfertiget das dritte Getter. Es könnte auch das Spagen-Getter noch näher gegen dem Gewölb zu anbefeſtiget werden, als nemlich in G H, wo die Architectur ihren Anfang nimmet: und auf ſolche Weiſe würden die Schatten-Linien am Gewölbe viel deutlicher und ſichtlicher heraus kommen.

Hierbey aber hat man aufs fleißigſte in acht zu nehmen, daß die Gemäß des Muſter-Riſſes mit denen Gemäſſen des Gewölbs genau übereinſtimmen, damit das Getter, ſo auf die Winckel und Bögen des Gewölbs durch den Schatten fället, dem Getter des Muſter-Riſſes durchaus gleich komme. Letztlichen wann man ſolcher Fehler enthoben zu ſeyn begehrt, die ſich nicht mehr beſſern oder ändern laſſen, ſo muß man wiſſen, daß man nicht ſowol bey Säulen und Geſimſen, als auch bey Bildern und Thieren alle Regeln der Horizontal-Perſpectiv-Kunſt nothwendig und in allwege zu gebrauchen und in acht zu nehmen habe.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0210
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

# Respondetur objectioni factæ circa punctum oculi opticum.

*Non omnium sensus est uni optico Operi unicum tantum punctum assignare. Exempli gratia: toti spatio fornicis, tholi, & tribunæ, quam vocant, expresse in figura 93. nolunt concedi unicum punctum, volunt concedi plura.*

REspondeo objectionem hanc dupliciter intelligi posse: vel enim intelligi posset non esse assignandum unicum punctum toti illi spatio, atque in hoc sensu vera est; cùm enim spatium illud valdè oblongum sit, dividi debuit in partes, atque assignanda tribunæ, quam dicunt, tholo & fornici propria puncta; cum hoc communiter doceant ubi situs nimium est longus, & parum altus. Vel potest intelligi de qualibet ex dictis partibus, & sic intellecta falsa penitus est, prima quia præstantiores fornices aularum, & templorum, qui optico artificio ornati sint, si unicum opus reddunt, à suismet Authoribus determinatum idemque unicum punctum accepisse compertum est. Secundo quia cum ars optica sit mera veri fictio, non id Pictor facere potest, ut à qualibet parte simulet veritatem, verum ab uno determinato puncto id ostendit. Tertio, quia si exempli gratia fornici qui uno integroque optico opere ornetur, plura puncta assignaveris, nullum reperies locum, unde integrum opus spectare possis, & ad summum ex quolibet puncto tantum partem illius spectabis, nusquam vero totum opus. Ex dictis igitur rationibus concludo ab inducentibus plura puncta in eodem opere induci malum majus eo, quod unicum punctum inducit, quare hoc omnino necessarium est situi in quo unicum opus formandum sit, ad quod collinare debeant ex omni operis parte figuræ simul & architectura. Quo posito negari rationabiliter nequit à me etiam concedi unicum punctum spectando fornici amplo,

# Es wird auf einen wegen des perspectivischen Aug-Puncten gethanen Einwurff geantwortet.

**Daß man zu einer perspectivischen** Arbeit nur einen einigen Puncten gebrauchen solle, darinnen gibt es zerschiedene Meinungen. Zum Exempel: etliche wollen, man müsse zu dem in der 93sten Figur vorgestellten gantzen Spatio des Gewölbs der Kuppel und des Chors nur einen einigen Puncten haben; andere aber erfordern hierzu etliche Puncten.

ICh antworte hierauf, es lasse sich dieser Einwurff auf zweyerley Weise verstehen und annehmen: dann entweder kan er also verstanden werden, daß man zu erdeutem gantzen Spatio nicht bloß einen einigen Puncten gebrauchen müsse; und in sothanem Verstand ist es wahr: dann weilen selbiges Spatium sehr lang ist, so muß es abgetheilt, und dem Chor, so dann der Kuppel, und auch dem Gewölbe ihre eigene Puncten beygelegt werden; allermassen dieses die allgemeine Meinung ist, absonderlich wo der Dinge Stand oder Lager allzulang, und nicht hoch genug sich befindet. Oder aber es kan obiger Einwurff von einem jeden der vor-bemeldten Stücke verstanden werden; und auf solche Weiß wäre er gantz falsch und unrecht; weilen erstlichen jederzeit bey denen schönsten Gewölben und Kirchen, die man perspectivisch gemahlt, wann es alles nur ein Werck gewesen, die Künstlere bekanntlich bloß einen Puncten genommen; Zweytens, weilen, da die Perspectiv-Kunst in einer lautern Nachahmung des Wahrhafften bestehet, der Mahler nicht Ursach hat, sie also einzurichten, daß sie von allen Seiten, sondern nur von einem gewissen bestimmten Punct her wahrhafftig anscheine; Drittens, weilen, wann man zum Exempel einem Gewölb, auf welches ein einiges und gantzes perspectivisches Gebäu gemahlt werden solle, etliche Puncten geben wollte, man keinen Ort finden würde, von dannen die völlige Arbeit könnte übersehen werden, sondern man würde nur einen Theil von einem jeden Puncten aus, von nirgend aus aber das gantze Werck auf einen Anblick zugleich beschauen. Aus welchen angeführten Ursachen dann zu schliessen, daß diejenige, so bey einer einigen Arbeit etliche Puncten gebrauchen, einen weit grössern Fehler begehen, als die, so sich nur eines einigen Puncten bedienen: dahero folget nothwendig, daß zu einem einigen Werck ein einiger Punct genug seye, und zu demselben aus allen Theilen des Wercks, es bestehe hernach solches entweder in einem Gebäu, oder in Bildern, sich ein jeder Strich oder Linie hinziehen müsse. Dieses nun also voraus gesetzt, so läßt sich der Vernunfft nach nicht läugnen, daß auch von mir zu einem Gewölb, welches so groß, weit und proportionirt ist, daß es ein einiges Werck,

als

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0211 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

amplo, aptoque ad repræsentandum unicum opus, qualis est fornix in D. Ignatii Templo. Si vero propter situm irregularem, ut dicimus architectura extra punctum aliquantulum deformetur, & figuræ pariter operi optico intermixtæ extra commune punctum aliqualem patientur deformitatem, præterquam quod à supradictis rationibus excusatur, nequaquam id vitio arti est, sed laudi, quandoquidem ars à suo puncto exhibet proportione posito ut rectum, ut planum, ut concavum id quod tale non est.

Ut Perspectivæ Tyronibus consulerem, qui fortasse non adeo facile percipient duodecim primas figurarum explicationes, totidem novas, explicationem hic addo.

## FIGURA I.

*Explicatio linearum plani, & horizontis, punctorum oculi, & distantiæ; de hoc ultimo pressius.*

TRes lineæ diversi inter se nominis, & muneris, item, & duo puncta præcipue necessaria sunt, ut delineatio quælibet optice reddi queat: prima vocatur linea plani, secunda horizontalis, ubi est punctum oculi, de tertia loquar in elevationibus: alterum de duobus punctis assignatur oculo, & vulgo dicitur punctum oculi; alterum vero assignatur distantiæ, à qua nomen habet. Punctum oculi notissimum est, punctum vero distantiæ non ita; in hujus igitur explicatione morabor, & ut clarius ostendam quid sit, & quomodo formandum sit, selegi descriptionem Ecclesiæ geometricè habitam, quam in tres partes divisi, in vestigium, sectionem, & interiorem faciem, in qua facie velit quis pingere, seu delineare aliquid opticè, ut elongetur ad mensuram aperturæ quadrati P, ut habes in vestigio, & ad mensuram profunditatis Q, quam habes in sectione.

Super faciem CCCC, quam puta esse delineamentum, habes rationem, qua debes disponere supra dicta puncta, & lineas. H. I. erit linea plani: N. O. N. als wie etwa das Gewölb in der S. Ignatius-Kirche, vorstellen könne, ein einiger Punct genommen werde. Wann aber wegen eines irregularen Standes oder Lagers das Gebäu ausserhalb des Puncten ein wenig, und die der perspectivischen Arbeit untermischte Figuren ausser dem allgemeinen Puncten gleichfalls etlicher massen ohngestalter heraus kommen, so ist solches über diß, daß es obberührter Ursachen halber entschuldigt wird, der Kunst keines Weges für einen Fehler, sondern vielmehr zum Lob anzuschreiben: angesehen durch die Kunst das jenige von seinem Punct aus also proportionirt, gerad, flach oder hohl-scheinbarlich vorgestellet wird, so doch an und für sich selbsten solcherley nicht ist.

## Zu mehrerer Bequemlichkeit der Anfängere, und der jenigen, so in der Perspectiv-Kunst noch nicht sonderlich geübt seynd, habe ich etliche Erklär- und Auslegungen über die zwölff erste Figuren hier beyfügen wollen.

## Erste Figur.

### Erklärung der Grund- und der Horizont-Linie; wie auch des Aug- und des Distanz-Puncten: und zwar von diesem Letzten etwas weitläuffiges.

WEr einen Riß, es sey was für einer wolle, in das Perspectiv bringen will, der muß nothwendig und fürnehmlich auf drey Linien, und zwey Puncten sein Absehen richten. Eine Linie setzet man dahin, wo die Füsse stehen, und heisset sie die Grund-Linie; die andere aber findet sich da, wo das Aug stehet, und wird die Horizont-Linie genannt. Von der dritten Linie solle bey denen Aufziehungen geredet werden. Der eine aus denen zwey Puncten wird dem Aug-Punct zugeeignet, und ist der bekannteste; der andere hergegen wird zu der Distanz genommen, ist aber nicht so bekannt, jedoch weit nothwendiger; indeme mittelst desselben ein jedes Ding seine Vertieffung bekommet. Bey diesem Puncten nun, und seiner Erklärung werde ich mich in etwas aufhalten; und habe zu dem Ende, damit es desto klärer erhelle, was er seye, und wie er zu formiren seye, eine Geometrische aufgerissene Kirche zum Muster erwählt, und selbige in drey Theil getheilet; nemlich in den Grund, den Durchschnitt, und den innern Vorder-Theil; als in dessen letztern Mitte man nach Belieben etwas perspectivisch also zu mahlen oder zu zeichnen hat, daß es so viel, als das Viereck P in dem Grund, und die Vertieffung Q in dem Profil oder Durchschnitt sich in die Ferne ziehe und verliere.

Bey dem innern Vorder-Theil CCCC, so an statt des Muster-Risses dienet; wird gezeiget, wie man obbemeldte zwey Linien und zwey Puncten setzen müsse; nemlich H I wird die Grund-Linie, und N. O. N. die Horizont-Linie seyn, welche so weit von der Grund-Linie, als



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0212 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

N. O. N. erit linea horizontalis, quæ fieri solet distans à linea plani altitudine hominis, ut vides in B: Punctum oculi erit in O, punctum distantiæ erit in N, ex qua parte malueris. Hoc punctum N debet tantum abesse à puncto O, quantum tuo arbitratu tu vis procul esse ut videas profunditatem illius quadrati P Q sicut vides in exemplo vestigii, & sectionis: ubi rem velut in suo statu naturali exhibeo: in iis enim tam abest N ab O quam abest homo ab A & D E, & homo B in sectione ab F G ubi est murus in quo pingendum vel delineandum est.

Si ulterius curiose descriptionem hanc consideres, videbis quam bene respondeat quadratum P. in plano, & elevatio Q. ut naturalis status rei in sectione, perspectivæ positæ in facie CCCC. quæ est delineatio. Videbis enim visuales, quæ secant in plano spatium R S. ita pariter secare spatium T. V. in elevatione & segmentum visualium K Z. in sectione respondere Y K. in elevatione, quod demonstratione non caret.

## FIGURA II.

### *Quadratum optice delineatum.*

POstquam descripseris in papyro separata quadratum Geometricum A. facies duas lineas parallelas inter se distantes altitudine; quam dederis puncto oculi; linea inferior erit linea plani, linea superior erit linea horizontalis, super quam ponuntur puncta oculi O. & distantiæ E. quod sit ex parte quam mavis, linea distantiæ non debet esse brevior magnitudine rerum describendarum. Transfer postea circino latitudinem quadrati A, in C. B. una cum visualibus ad punctum O. & similiter transfer longitudinem ipsius quadrati in D. C. ducens lineam à puncto D. ad punctum distantiæ E. transeuntem per visualem C. O. & ubi illa secat habebis terminum quadrati optici. G. F. C. B. ducens parallelam ad lineam plani in F.

Ut autem hoc idem citius absolverem, sæpius chartam complicavi, ut habes in A.

## FIGURA III.

### *Rectangulus altera parte oblongior optice.*

QUidquid in proximo quadrato vidisti facies in præsenti. Transferres latitudinem B. C. in B. C. & longi-

ein Mensch hoch ist, abstehen solle; wie in B zu sehen. Der Aug-Punct soll in O stehen, und der Distanz-Punct in N, auf welcher Seiten man will. Dieser Punct N muß so weit von O entfernet stehen, als weit man selbsten entfernet zu seyn vor gut befindet, daß man die Verfertigung des Vierecks P Q sehen möge; wie das Exempel des Grunds und des Durchschnitts zeiget, allwo die Sache gleichsam wie in ihrem natürlichen Stand vorgebildet wird; dann allda stehet N so weit von O, als weit der Mensch von A, nach D E; und B in dem Profil von F C, als der Maur, worauf man mahlen oder zeichnen solle, abstehet.

Sonsten ist auch hiebey wohl zu beobachten, wie genau das Viereck P, und die Aufziehung Q, in ihrem natürlichen Stand betrachtet, mit dem Vorder-Theil CCCC, als dem Muster-Riß übereinstimme: dann man wird sehen, daß die Gesichts-Linien, die in dem Grund das Spatium R S durchschneiden, mit dem Spatio T. V. in der Aufziehung; ingleichem der Abschnitt der Gesichts-Linien in dem Profil der Maur K. Z, in der Aufziehung mit Y K übereinkommen.

## Zweyte Figur.

### Perspectivisches Werck.

WAnn man das Geometrische Viereck A auf ein besonders Papier verzeichnet hat, so ziehet man alsdann zwey Parallel-Linien, die in einer solchen Höhe, als man den Aug-Punct geben will, von einander abstehen sollen. Die untere Linie wird so dann die Grund-Linie, und die obere wird die Horizont-Linie seyn; auf welche letztere man den Aug-Punct O, und den Distanz-Punct E, auf welche Seite es beliebig, zu setzen hat; und darff die Distanz-Linie nicht kürtzer seyn, als die Grösse der Dingen ist, so ins Perspectiv sollen gebracht werden. Hernach trägt man mit dem Zirckel die Breite des Vierecks A auf C B mit samt denen Gesichts-Linien nach dem Punct O; nicht weniger die Länge besagten Vierecks auf D, C, und ziehet eine Linie von dem Punct D nach dem Distanz-Punct E; wo nun dieser die Gesichts-Linie C. O. durchschneidet, da machet man dem perspectivischen Viereck G. F. C. B. seinen End- und Umriß, und ziehet in G. F. eine Linie, die der Grund-Linie parallel gehet.

Damit man aber hiermit desto geschwinder fertig werde, so habe ich mich offt dieses Handgriffs bedienet, daß ich das Papier gebrochen oder gefaltet, wie in A zu ersehen.

## Dritte Figur.

### Ein ablanges Viereck im Perspectiv.

WIe und auf was Weise man mit dem vorigen Viereck verfahren, eben also hat man sich auch mit dem gegenwärtigen zu verhalten; und

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0213
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

longitudinem in CD. ducens latitudinem B. C. ad punctum oculi O & longitudinem C. D. ad punctum distantiæ E. ubi vero hæc linea secat visualem C. O. erit terminus rectanguli supradicti F. G. B. C. ducens parallelam, ut supra.

## FICURA IV.

### *Quadratum duplex optice.*

EOdem modo construes quadratum duplex A. transferens circino, aut duplicando chartulam latitudinem cujuscumque lineæ, ut vides in punctis 1.2.3.4.5.6. super lineam plani in iisdem numeris, & ab istis transferres visuales ad punctum O. Postea transfer longitudinem 7.8.9.10. super lineam plani in iisdem pariter numeris, & ab istis duc lineas ad punctum distantiæ E; ubi hæ lineæ secant lineam 6.7. O. fiunt lineæ parallelæ ad lineam plani; & quadratum conficitur, parem constructionem facies de quadrato secundo, & tertio facile ex dictis.

## FIGURA V.

### *Quadratorum vestigia cum Elevationibus.*

FIguram hanc in duas partes divisi; in superiori parte vides tria quadrata optica aliquantulum adumbrata, eaque tam inter se distantia, quanta est distributio super lineam plani BC. erit quadratum primum. Secundum erit in EF. Si ergo posueris longitudinem quadrati in BC, eamque duxeris ad distantiam, secabit in D. D. visualem A. O. Si pariter posueris alterum spatium longitudinis ejusdem quadrati in E.F. & duxeris ad lineam distantiæ, habebis secundum quadratum optice. Idem facies de tertio, & de aliis, quæ distribuenda sunt.

In secunda parte. Si desideres supra totidem vestigia formare elevationes cuborum, & stylobatarum, ut inferiori figuræ parte vides, satis erit ex omni vestigiorum angulo elevare lineas occultas, & apparentes determinando altitudinem faciei L. Primo cubo, & anguli ejusdem faciei dabunt altitudinem omnium aliorum.

Imo

und zu dem Ende die Breite BC auf BC und die Länge auf CD zu tragen, auch so dann die Breite BC nach dem Aug-Punct O und die Länge nach der Distanz E zu ziehen: wo aber von diser Distanz-Linie die Gesichts-Linie CO durchschnitten wird, daselbst hat das Viereck FGBC sein End, und wird eine Parallel-Linie wie oben gezogen.

## Vierdte Figur.

### Gedoppeltes Viereck im Perspectiv.

NIcht anders wird auch das doppelte Viereck A gemacht, und entweder mit dem Zirckel, oder mittelst Zusammenfaltung des Papiers die Breite einer jeden Linie, wie bey den Puncten 1.2.3.4.5.6. zu sehen, auf die Grund-Linie und auf eben dieselbe Ziffern; von diesem aber weiters die Gesichts-Linien nach dem Punct O getragen. Folgends tragt man die Länge 7.8.9.10. auf die Grund-Linie bey eben diesen Ziffern, von welchem ferner Linien nach dem Distanz-Punct E gezogen werden: wo nun besagte Linien die Linie 6.7.O. durchschneiden, da ziehet man Linien, die mit der Grund-Linie Parallel gehen, und also ist das Viereck vollendet. Auf gleiche Weise werden das zweyte und dritte Viereck auch gemacht.

## Fünffte Figur.

### Grund und Auffziehung der Vierecke.

DIese Figur theilet sich in zwey Theile; in dem obern Theil sihet man drey perspectivische ein wenig schattierte Vierecke, welche so weit von einander abstehen, als ihre Auftheilung sich auf der Grund-Linie zeiget. Das erste Viereck ist in BC, und das andere in EF. Wann man derohalben die Länge eines Vierecks in BC stellt, und sie nach der Distanz ziehet; so wird sie in DD. die Gesichts-Linie AO durchschneiden. Ingleichem so man das andere Spatium der Länge an solchem Viereck in EF stellet, und nach der Distanz-Linie ziehet, bekommt man das zweyte perspectivische Viereck. Und also verfahret man auch mit dem dritten, und allen andern, so viel man deren auftheilen will.

In dem zweyten Theil erhellet, daß, wann man auf eben so viel Gründe die Auffziehungen der Viereck und Fuß-Gestelle formieren will, es schon genug seye, falls aus einem jeden Winckel der Gründe blinde und sichtliche Linien auffgezogen, mithin an dem ersten Cubo oder Viereck die Höhe des vordern Theils L gezeiget wird; und haben alle andere Cubi von den Winckeln solchen vordern Theils ihre Höhen zu bekommen.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0214 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Imo etiam totidem cubos formare potes sine lineis occultis, ducendo solum apparentes, ut vides in tribus expositis adumbratis, & nitidis, quorum perpendiculares sumuntur ab angulis vestigiorum, ut in superiori figura habes in H, & lineæ plani translatæ sunt ab angulis elevationis, ut videtur in F.

## FIGURA VI.

*Modus delineandi optice sine lineis occultis.*

DEsiderans facili methodo figuram hanc exponere, dabo rationem elevandi corpora sine lineis occultis, ut in superiori tetigi; ostendam igitur hic quomodo quinque cubi adumbrati desumantur ab eorum vestigiis, & elevationibus.

Duas debes facere præparationes, si libeat, in chartis etiam separatis. Prima erit formare Geometrice vestigium, & elevationem ut vides in B. & A. Secunda erit distribuere super lineam plani latitudinem vestigii B, puta in N. M. & in duabus proximis: illius longitudo M. X. ducta ad distantiam D. secar visualem M. O. in R. Spatium autem obliquarum E. utile etiam est aliis duobus quadratis positis super eandem lineam plani; anguli quorum translati ad distantiam B. totidem angulos dabunt inter visuales N. O. M. O. hoc posito, Duces perpendicularem ad angulum N. quæ in elevationibus Geometricis semper necessaria est, eaque tertia linea E, quam supra dixi.

Transfer postea altitudinem A. in N. F. cum visualibus F. O. N. O. & invenies altitudinem S. T. Hoc pariter de ceteris veniet.

Sciendum superest quoniam modo supra dicta præparatione uti possis ad construendos stylobatas adumbratos, & inornatos.

Super aliam igitur chartham dispone situm cum duabus lineis planis scilicet, & horizontis, una cum puncto oculi O, & perpendiculari V. ejusdem mensuræ cum supra dicta præparatione, & facies uti me fecisse vides.

Ja; es können auch eben so viele Cubi oder Vierecke bloß allein mit sichtlichen Linien, ohne blinde auffgezogen werden; wie bey denen drey nettierten und schattierten Vierecken zu ersehen; als deren Perpendicular-Linien mit dem Zirckel von den Winckeln der Gründen, wie aus der obigen Figur in H erscheinet, hergenommen werden: die Grund-Linien aber sind aus den Winckeln der Auffziehung, wie es sich in F zeiget, übergetragen.

## Sechste Figur.

### Wie man ein Perspectiv ohne blinde Linien zeichnen solle.

JNdeme ich Verlangen trage, über diese Regel eine leichte Erklärung zu stellen, so ist nöthig zu vermelden, wie man die Cörper ohne blinde Linien ob-angeregter massen auffziehen solle. Daherd ich dann hier weisen werde, wie die fünff schattierte Cubi aus ihren Gründen und Auffziehungen müssen außgezogen werden.

Man hat zwey Vorbereitungen zu machen, und zwar, wo es gefällig, auch auf zwey besondern Blättern. Die erste Vorbereitung stehet darinn, daß man den Geometrischen Grund und Auffziehung, wie in B und A ersichtlich, formiere. Die andere Vorbereitung aber erfordert, daß man die Breite des Grunds B auf der Grund-Linie, als zum Exempel in NM, und in denen zwey nachfolgenden aus- und eintheile. Wann nun die Länge MX, nach der Distanz DO getragen wird, so durchschneidet sie in R die Gesichts-Linie M. O. das verkürtzte Spatium E aber kan auch zu denen andern auf eben selbiger Grund-Linie stehenden zweyen Vierecken gebraucht werden, und geben ihre Winckel, so man sie nach der Distanz B trägt, eben so viel andere Winckel, zwischen den Gesichts-Linien N O. M O. hierauf ziehet man eine Perpendicular-Linie auf den Winckel N, welche Linie bey Geometrischen Auffziehungen allezeit nothwendig erfordert wird; und ist selbige die dritte Linie E, davon oben Meldung geschehen.

Darnach trägt man die Höhe A auf N. F. mit denen Gesichts-Linien F. O. N. O; da dann die Höhe S. T. herauß kommet, und diese Beschaffenheit hat es auch mit den übrigen.

Ist noch übrig, daß man wisse, wie man sich ob-angeregter Vorbereitung bedienen solle, wann man die Fuß-Gestell ins Nette bringen und schattieren will.

Dahero hat man auf das andere Blatt den Stand, oder das Lager samt den zweyen Linien, nemlich der Grund- und Horizont-Linie, benebenst dem Aug-Punct O, und vorbesagter Perpendicular-Linie V so gleiche Gemäß mit ob-bedittener Vorbereitung haben solle, zuverfertigen, und eben das zu thun, was ich vorgenommen, so dann muß mit dem Zirckel gesucht werden, ob N. F. mit 1. 5. und 2. 6. gleich

des. Experire postea circino N. F. æqualia esse l. 5. & 2. 6. Metire pariter S. T. & invenies æqualia 7. & 3. facies postea lineas planas, & visuales ad punctum oculi, & habebis planum superius Cubi in l. 2. 3. 4. Hoc idem faciendum est de aliis. Uno verbo: anguli vestigiorum dabunt tibi lineas perpendiculares, & anguli elevationis dabunt lineas planas, atque hoc semper erit.

## FIGURA VII.

*Aliud Exemplum construendi vestigium Geometricum cum elevatione longitudinis.*

Vides hic stylobatam P. in quatuor partes divisum, & adumbratum. Si illum opticè delineare velis construere debes supra dictas præparationes, Geometricam nempe, & opticam. Nomine Geometricæ intelligo vestigium A, & elevationem B; nomine vero opticè totum in quod concluditur in G. C. D. E. O.

Transfer igitur latitudinem Geometricam C. D. vestigii A. super lineam plani pariter C. D. & transfer longitudinem D. E. super lineam plani pariter D. E, operans more solito, & habebis vestigium opticè. Transfer postea elevationem H. X. in C. G. perpendicularis ducens visualem G. O. eleva ad lineam G. O. omnem angulum, quem planum facit in linea C. O. & habebis altitudinem necessariam etiam sectionis.

Transferres denique circino in aliam chartam angulos vestigii, qui dabunt tibi lineas perpendiculares, & anguli sectionis dabunt lineas planas: visuales vero ducis ad punctum oculi.

## FIGURA VIII.

*Stylobata optice.*

Hic etiam postquam feceris supra dictas præparationes Geometricam scilicet, & opticam, facies præsentem stylobatam adumbratum, transferens circino angulos vestigii, ut construas perpendiculares, & angulos

gleich seye? ingleichem soll man S. T. abmessen; so wird sichs finden, daß solche Linie der Linie 7. 3. gleichet; nachmals aber ziehet man die Grund- und Gesichts-Linien nach dem Aug-Punct, und bekommt dardurch die oberste Fläche des Cubi in 1. 2. 3. 4. Eben dieses hat man auch bey den andern zu beobachten. Kurtz: von den Winckeln der Gründen bekommt man die Perpendicular-Linien, und von den Winckeln der Aufziehung werden die Grund-Linien hergenommen: und solcher gestalten verfähret man allezeit.

## Siebende Figur.

### Ein anderes Exempel, wie der Geometrische Grund samt der Aufziehung der Länge zu machen.

Hier zeiget sich das Fuß-Gestell P, so in vier Theil getheilet und schattiert ist. Wann man nun dasselbe perspectivisch aufreissen will, so müssen, wie gedacht, zwey Vorbereitungen gemacht werden; nemlich eine Geometrische, und eine Perspectivische. Durch die Geometrische verstehe ich den Grund A, und die Aufziehung B; durch die Perspectivische aber alles, was binnen G. C. D. E. O. stehet.

Traget demnach die Geometrische Breite C. D. des Grunds A auf die Grund-Linie in C D; und die Länge D. E. auf die Grund-Linie in D. E, und verfähret auf die gewohnte Weise; so wird der Grund im Perspectiv stehen. Folgends traget auch die Aufziehung H. X. auf die Perpendicular-Linie in C. G; ziehet die Gesichts-Linie G. O; und führet einen jeden Winckel, den der Grund auf der Linie C. O. hat, gegen der Linie G. O. auf; so bekommt man die benöthigte Höhe des Profils oder Durchschnitts.

Endlich hat man auf ein anderes sauberes Papier mit einem Zirckel die Winckel des Grunds zu übertragen; da dann von denenselben die Perpendicular- und von den Winckeln des Profils die Grund-Linie hergenommen; die Gesichts-Linien aber nach dem Aug-Punct gezogen werden.

## Achte Figur.

### Fuß-Gestell im Perspectiv.

Nachdeme man auch hier die zwey Vorbereitungen, die Geometrische und Perspectivische, zuvor verfertiget hat, so machet man alsdann gegenwärtiges schattiertes Fuß-Gestell, und trägt zu dem Ende mit dem Zirckel die Winckel des Grunds auf, damit man die Perpendicular und die Winckel des Profils,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0216 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

gulos sectionis, ut formes lineas planas, ut supra Nam sic duo anguli vestigii M. O. dabunt lineas perpendiculares E. F angulus vestigii R. dabit perpendicularem P. & sic reliqui anguli dabunt reliquas lineas perpendiculares. Similiter à sectione angulus I. dabit lineam planam H. N. Breviter primus terminus sectionis I. D. dabit altitudinem linearum planarum in facie stylobatæ adumbrati E. F. H. N. Secundus terminus Q. dabit altitudinem faciei oppositæ, & occultæ P.

Duo tamen moneo, primum, ut faciens vestigia Geometrica ducas ab elevatione A. totidem lineas ad latera vestigii B. quot angulos invenies in prominentiis supra dictæ elevationis A; ut manifeste vides in lineis, quas ex punctis composui, illæ enim à stylobata A. cadunt super vestigium B. quare prominentia major in elevatione L. facit lineam majorem L. in vestigio.

Secundum quod moneo sit, ut volens elongare vestigium opticè delineatum M. O. R. à linea plani K, quantum erit spatium C. in eadem linea plani, tantum dem elongabitur spatium G. à linea ejusdem plani.

## FIGURA IX.

*Optica delineatio Architecturæ Jacobi Barotii & primum de stylobata ordinis Etrusci.*

Quandoquidem omnibus nota est Architectura Barozzii, eam hic penitus immutatam cum suis regulis particularibus, & generalibus expono; metieris autem illam modulis ut fieri solet; qui igitur illam desiderat, in sequentibus figuris inveniet totam, simulque discet optice reddere. Cum autem non minus opticæ studioso quam architecturæ necesse sit efficere delineamenta rei construendæ, ab hoc verè, ab illo ficte, id est cum uterque facere debeat vestigium, elevationem, sectionem, & faciem ob id delineavi hic stylobatam ordinis Etrusci cum suo vestigio, quem vides in A B, ut facilius percipias quod in proxima figura dixi, à totidem scilicet

damit man die Grund-Linien, wie oben, formieren möge: dann solcher gestalten bekommt man aus den zwey Winckeln des Grunds M. O. die Perpendicular-Linien E. F. und aus dem Winckel des Grunds R die Perpendicular-Linie P, auch also aus den übrigen Winckeln die übrige Perpendicular-Linien; nicht weniger aus dem Profil des Winckels I. die Grund-Linie H. N. Kurtz: von dem ersten Umriß des Profils I. und D. wird die Höhe der Flach-Linien an dem Vorder-Theil des schattierten Fuß-Gestells E. F. H. N: und von dem andern Umriß Q. die Höhe des hintern und unsichtlichen Theils P genommen.

Doch seynd hier zwey Stücke zu erinnern: das erste ist, daß, wann Geometrische Gründe sollen gezeichnet werden: man von der Aufziehung A so viel Linien nach den Seiten des Grunds B ziehe, als viel man Winckel an den Vorragungen ersitzedachter Aufziehung A findet; wie solches klärlich zu ersehen aus den punctierten Linien, so von dem Fuß-Gestell A auf den Grund B abfallen; dahero dann die gröste Vorragung L in der Aufziehung, auch die gröste Linie L in dem Grund giebet.

Das zweyte Stuck ist, daß, wann man den perspectivischen Grund M. O. R. von der Grund-Linie K entfernen will, wie weit und breit nemlichen das Spatium C auf der Grund-Linie sich erzeiget, eben so weit das Spatium G auch von desselben Grund-Linie abstehen müsse.

## Neunte Figur.

**Perspectivische Architectur des** Jacobi Barozzii: und erstlichen von dem Fuß-Gestell der Toscanischen Ordnung.

Demnach die Architectur des Vignola männiglichen bekannt genug ist, so hab ich selbige hieher keineswegs verändern, sondern nur, wie er sie selbsten gelehret, erklären, einfolglich nach ihren Particular- und General-Regeln samt den gewöhnlichen Gemässen abhandeln wollen: damit der, so dieselbe zu wissen verlangt, sie völlig in den folgenden Figuren finden, mithin ins Perspectiv zu bringen lernen könne. Dieweil aber nicht sowol bey einem Liebhaber der Perspectiv-Kunst, als auch einem Baumeister nothwendig erfordert wird, daß sie beyde von dem, was sie zu bauen haben (der erste zwar nur Scheins-weiß, der letzte aber wahrhaftig) den Grund und die Aufziehung entweder im Profil und Durchschnitt, oder von vornenher aufreissen und verzeichnen: So hab ich das Toscanische Fuß-Gestell mit seinem Grund in A. B. aufgerissen, damit man das desto leichter begreiffen möchte, was ich in der nechst-vorgehenden

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0217
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

licet angulis prominentiarum elevationis totidem ducendas esse lineas super lineam vestigii, cum hoc necesse sit ad inveniendum illorum angulorum cum istis lineis concursum in suis degradationibus. Nota, longitudinem, quam voco F. ductam in G. esse illam, à qua non solum nascitur vestigii obliquitas, verum etiam ab illa nascitur obliquitas, illius quam voco sectionem E, ob id in altero hujus ejusdem figuræ stylobata totum id è contrario videbis.

Non amplius repetam quonam modo eruatur nitida delineatio, de qua superius plures, dicam tamen angulos primi termini sectionis E, daturos lineas planas faciei D, & angulos vestigii daturos omnes perpendiculares.

## FIGURA X.

*Stylobata Doricus, & ratio vitandi difficultatem quamdam, quæ occurrit inter illum optice delineandum.*

Hic oritur difficultas hæc. Vestigium A. optice translatum in C. adeo contrahitur, ut distincte videri nequeat ubi collocetur circini pes, ut transferri possint perpendiculares Stylobatæ adumbrati, totaque hæc difficultas oritur à propinquitate, quam habet linea horizontalis, seu punctum oculi cum linea plani. Ut igitur illam vincas: duces lineam plani inferius quantum libuerit, & super illam feres denuo latitudinem, & longitudinem more solido, retinendo puncta oculi; & distantiæ O. F, & sic videbis vestigia magis minúsque distincta; vestigium enim E. distinctius est vestigio D. & distinctius est vestigio C.

## FIGURA XI.

*Stylobata Jonicus, & ratio vitandi aliam difficultatem in elevationibus.*

In elevationibus etiam sectionis opticè potest accidere, ut si visualis L. K. nimis recta sit, sectio B. restringatur

henden Figur gemeldet; nemlich, daß man von einem jeden Winckel der Vorragungen in der Aufziehung eine Linie auf die Grund-Linie ziehen müsse; angesehen dieses eine unumgängliche Nothwendigkeit ist, wann man die Correspondenz und Übereinstimmung solcher Winckel mit selbigen Linien in ihrem perspectivischen Riß finden will. Zu mercken: daß die Länge, so ich F nenne, wann sie in G getragen wird, eben diejenige ist, woraus nicht nur die Verkürtzung des Grunds, sondern auch des Profils Ihren Ursprung nimmt: dahero von solchem allem an dem gegenüberstehenden Fuß-Gestell das gerade Wiederspiel wahrzunehmen ist.

Sonsten begehr ich hier nicht zu wiederhohlen, auf was Weiß der nettierte Riß, weilen davon schon zur Genüge gehandelt worden, ausgezogen werde: melde aber nur dieses mit Wenigem, daß man von den Winckeln des ersten Umrisses an dem Profil E die Linien des Vorder-Theils D, und von den Winckeln des Grunds alle Perpendicular-Linien zu bekommen habe.

## Zehende Figur.

**Dorisches Fuß-Gestell; und wie man eine gewisse Schwehrigkeit, so sich bey seinem perspectivischen Auftriß ereignet, vermeiden solle?**

Hier ergibt sich diese Schwehrigkeit: der Grund A, so perspectivisch in C getragen worden, ziehet sich dermassen zusammen, daß man nicht eigentlich sehen kann, wohin man die Zirckel-Spitze zu setzen hat, wann man die Perpendicular-Linien des schattierten Fuß-Gestells übertragen will: welche Schwehrigkeit aber alleinig von deme herrühret, daß die Horizontal-Linie oder der Aug-Punct nahe bey der Grund-Linie stehet. Solchem nun zu begegnen, so solle man unten, so weit herab als es beliebt, eine andere Grund-Linie ziehen, und auf dasselbe von neuem die Breite und Länge tragen, dabey nach der gemeinen Manier verfahren, wie auch die Aug- und Distantz-Puncten O und F behalten, solchergestalt werden die Gründe weniger oder mehr deutlich erscheinen: allermassen der Grund E deutlicher, dann der Grund D, und dieser wiederum deutlicher dann der Grund C ist.

## Eilffte Figur.

**Jonisches Fuß-Gestell; und wie man eine andere Schwehrigkeit bey den Aufziehungen vermeiden solle?**

Es kan sich nicht minder auch bey den Aufziehungen des perspectivischen Profils oder Durchschnitts ereignen, daß, wann die Gesichts-Linie L. K. gar zu gerad ist, der

gatur. Elongando lineam plani ab L. ad M. visualis M. N. erit inclinatior, & consequenter sectio C erit latior, & distinctior.

Nota difficultatem hanc sæpe sæpius te habiturum in figuris præcipuè, quæ multas lineas habent, ut in figura 47. ubi pariter rationem vitandi confusionem reddam.

Neque tibi molestiæ sim, quod in hac figura lineam horizontalem infra lineam plani collocaverim, id enim feci, ut illarum diversos effectus videas, utque tu in tuis studiis mutes, & discas.

## FIGURA XII.

### *Stylobata Corinthius cum suis pilis.*

Feciſſe ſeptimam figuram magno tibi documento erit ad conſtruendum, & dividendum ſtylobatam A, & veſtigium B, cum nihil addere debeas præter pilas C. cum coronice; quæ duo latera ambit.

Opticè hoc veſtigium delineabis in D quæ delineatio diſtinctior eſt, quia inferius duxi lineam plani, & diſtinctior etiam eſt ſectio E cum elongaverim viſualem F. G. Sic ſemper agam, ut detur locus figuræ adumbratæ, & ut etiam videas perpendiculares ſtylobatæ adumbrati cadere ſuper angulos veſtigii, & lineas planas incidere è diametro ſuper angulos ſectionis E. Iterum libenter moneo, ut facias ſupra dictas præparationes in chartulis ſeparatis, ut initio aſſueſcas transferendis figuris nitidis circino; facile enim tibi poſtea erit integras machinas perſpectivæ jucundioris delineare, ut videbis: in hoc enim tota regula hujuſce, & totius operis facilitas ſita eſt.

Durchſchnitt B. eng zuſammen gezogen wird; indeme, ſo man die Grund-Linie von L. gegen und bis an M. erlängert, die Geſichts-Linie M. N. niedriger ſtehet, und einfolglich das Profil C. breiter und deutlicher heraus kommt.

Und iſt zu mercken, daß dieſe Schwehrigkeit inſonderheit bey den Riſſen, wo viel Linien befindlich, wie in der 47ſten Figur (wo ich gleichfalls, was geſtalten man dergleichen Confuſion und Verwirrung vermeiden müſſen, Meldung thun will) ſich gar offt erzeigen werde.

Sonſten wird es euch nicht beſchwehrlich fallen zu ſehen, daß ich in dieſer Figur die Horizont-Linie unter die Grund-Linie geſtellet habe: immaſſen ich ſolches darum gethan, damit euch ſolcher Linien zerſchiedene Würckungen kund werden, und ihr in euren Riſſen Aenderung vornehmen, mithin immerzu ein mehrers erlernen möchtet.

## Zwölffte Figur.

### Corinthiſches Fuß-Geſtell, mit ſeinen Neben-Pfeilern.

Zur Verfertig- und Austheilung dieſes Fuß-Geſtells A und Grunds B wird gegenwärtige Figur auch ein groſſes Licht geben, angeſehen man nichts weiters, dann die Neben-Pfeiler C mit dem Geſimſe, ſo um beede Seiten herum gehet, noch hinzu ſetzen darf.

Dieſen Grund nun hat man in D ins Perſpectiv zu bringen: welcher perſpectiviſche Riß auch darum viel deutlicher erſcheinet, weilen die Grund-Linie weiter unten gezogen iſt; So zeigt ſich nicht weniger das Profil E viel deutlicher, weilen die Geſichts-Linie F. G. weit hinaus geſetzt worden. Und auf ſolche Weiß werde ich allezeit verfahren, damit ein Platz für die ſchattierte Figur übrig bleibe, und man auch ſehen möge, daß die Perpendicular-Linien des ſchattierten Fuß-Geſtells auf die Winckel des Grunds, und die Flach Linien gerad gegen über auf die Winckel des Profils oder Durchſchnitts E fallen und eintreffen. Im übrigen will ich auch dieſes nochmals wiederhohlt haben, daß man nemlich obbeſagte Vorbereitungen auf einem beſondern Papier verfertigen ſolle, damit man Anfangs gewohne, die nettierte Figuren mit dem Zirckel überzutragen: dann es hernach ganz leicht fället, vollkommene Gebäude noch annehmlicher perſpectiviſch aufzureiſſen, wie man in folgenden erſehen wird; geſtalten hierinnen die ganze Leichtig- und Fertigkeit ſowol dieſer Regul, als des übrigen Wercks beſtehet, und geleget iſt.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0219 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

# INDEX.

MOnita ad Tyrones.

Instrumenta paranda.

Figura 1. Fundamenta Perspectivæ.
Fig. 2. 3. 4. Deformationes quadratorum.
--- 5. Vestigia, & elevationes quadratorum.
--- 6. 7. Deformationes absque lineis occultis.
Fig. 8. 9. Præparationes, ac Stylobata Etruscus.
Fig. 10. 11. Stylobata Doricus & Jonicus; ac modus vitandi confusionem in vestigiis & elevationibus.
Fig. 12. 13. Stylobata Corinthius & Compositus.
Fig. 14. 15. Circulus & Columna.
Figuræ â 16. ad 20. Bases Ordinum singulorum.
Fig. â 21. ad 25. Capitella singulorum Ordinum.
Fig. 26. 27. Coronix Etrusca & Dorica.
Fig. 28. 29. Alia Coronix Dorica.
--- 30. Præparatio, & Coronix Jonica; ac modus copulandi fictum cum vero.
Fig. â 31. ad 35. Coronix Corinthia & Composita.
Fig. 36. ad 37. Præparatio & Columna Etrusca.
Fig. â 38. ad 46. Præparatio, & Ædificium Doricum.
Fig. â 47. ad 50. Præparatio, & Architectura Jonica.
Fig. 51. Præparatio & Architectura Corinthia.
Fig. 52. 53. Columnæ Spirales.
--- â 54. ad 58. Præparatio, & Ædificium Corinthium.
Fig. 59. 60. Præparatio ac Tabernaculum octangulare.
Fig. 61. Machinæ ex pluribus ordinibus telariorum.
Fig. 62. Reticulatio telariorum.
Fig. 63. 64. Præparatio, & Ædificium quadratum.
Fig. 65. 66. Præparatio, & Ædificium rotundum.
Fig. â 67. ad 71. Præparatio ac Theatrum in Templo Farnesiano.
Fig. 72. Theatrum Scenicum ejusque elevationes.
Fig. â 73. ad 77. Modus delineandi ac ac pingendi Scenas.

Fig. 78.

# Register.

Erinnerung an die Kunst-Anfänger.

Instrumenten, die man sich an die Hand zuschaffen hat.

Fig. 1. Fundament der Perspectiv-Kunst.
" " 2. 3. 4. Vierecke im Perspectiv.
" " 5. Grund und Auffzug der Vierecke.
" " 6. 7. Wie ein perspectivischer Riß ohne blinde Linien zu machen.
Fig. 8. 9. Vorbereitungen; und ein Toscanisch Fuß-Gestell.
Fig. 10. 11. Dorisch- und Jonisches Fuß-Gestell; auch wie man in den Grund und Auffzug alle Confusion vermeiden könne.
Fig. 12. 13. Corinthisch- und vermischtes Fuß-Gestell.
Fig. 14. 15. Circkel und Säule.
" " 16. biß 20. Basis einer jeden Ordnung.
" " 21. biß 25. Capitäl einer jeden Ordnung.
" " 26. 27. Toscanisch- und Dorisches Gesimbse.
Fig. 28. 29. Ein ander Dorisches Gesimse.
" " 30. Vorbereitung; und ein Jonisches Gesimbse, auch wie man das gemahlte mit dem warhaften verbinden solle.
Fig. 31. biß 35. Corinthisch und vermischtes Gesimbse.
Fig. 36. 37. Vorbereitung; und eine Toscanische Säule.
Fig. 38. biß 46. Vorbereitung; und ein Dorisches Gebäu.
Fig. 47. biß 50. Vorbereitung und eine Jonische Architectur.
Fig. 51. Vorbereitung; und eine Corinthische Architectur.
Fig. 52. 53. Gewundene Säulen.
" " 54. biß 58. Vorbereitung; und ein Corinthisch Gebäu.
Fig. 59. 60. Vorbereitung; und ein achteckichter Tabernacul.
Fig. 61. Gerüst-Werck und Ordnungen etlicher Tuch-Wänden.
Fig. 62. Erklärung der Tuch-Wänden.
" " 63. 64. Vorbereitung; und ein viereckicht Gebäu.
Fig. 65. 66. Vorbereitung; und ein rundes Gebäu.
Fig. 67. biß 71. Vorbereitung und das Theatrum in der Farnesischen Kirchen.
Fig. 72. Spiel-Bühne samt ihren Auffziehungen.
Fig. 73. biß 77. Wie man die Scenen oder Außgänge zeichnen und mahlen solle.

Fig. 78.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0220
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Fig. 78. 79. 80. Horizontalis deformatio mutulorum.

Fig. à 81. ad 85. Membra Ordinis Corinthii.

Fig. 86. Ordo Corinthius in laqueari.

Fig. 87. 88. 89. Projectiones horizontales in laquearibus ac testudinibus.

Fig. 90. 91. 92. Præparatio ac tholus duplex.

Fig. à 93. ad 99. Templum Ludovisianum, & Architectura depicta in ejus testudine.

Fig. 100. Reticulatio testudinum.

Fig. 78. 79. 80. Trag-Steine im Perspectiv von unten auf.

Fig. 81. biß 85. Stücke von der Corinthischen Ordnung.

Fig. 86. Corinthische Ordnung von unten auf, oder an der Decke.

Fig. 87. 88. 89. Perspectivische Risse von unten auf, an denen Decken und Gewölbern.

Fig. 90. 91. 92. Vorbereitung; und zwey Kuppeln.

Fig. 93. biß 99. Die St. Ignatius-Kirch, und ihre an dem Gewölb gemahlte Architectur.

Fig. 100. Getterung der Gewölben.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0221
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/pozzo1709bd1/0222
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.